Ach 17

PER LE
Faustissime Nozze
MILAN-MASSARI COMELLO
1845

Vicenza Tip. G. Longo

Al Nobile Signore

GIACOMO MILAN MASSARI



LUIGI PIOVENE

In questo giorno, in cui si compie uno de' più lieti avvenimenti che vaglia a confortare l'amore di un Padre e quello di tanti Amici e Congiunti, io pure dovea darvi un qualche pubblico contrassegno di quell'amicizia, che, oltre i legami della parentela, mi stringe a Voi ed all'ottima vostra Famiglia. Egli è perciò che animato dall'uso generalmente introdotto di pubblicare in tali occasioni qualche inedita scrittura, interessante o pel soggetto o per lo stile, mi risolsi di mettere alla luce una lettera latina di quel celeberrimo letterato che fu Ogniben Leoniceno, *la quale, mercè la gentilezza del ch. Canonico* Savi, *mi venne fatto di ritrovare in un Manoscritto di autori del secolo* xv., *che conservasi inedito in questa pubblica Biblioteca Bertoliana. Il* Leoniceno *accompagna con questa lettera a* Pietro

FOSCARI *due cittadini, che la città di Vicenza inviava nel* 1458 *Ambasciatori a* PASQUALE MALIPIERO, *per congratularsi della sua elezione al Dogato. Espone in essa i danni e le calamità della patria, ne rammenta i meriti verso la Repubblica, e prega il* FOSCARI *a volersi interporre presso suo padre, potentissimo uomo, affinchè Egli ottenga dal Senato che Vicenza sia finalmente liberata da tante miserie da cui era afflitta.*

Mi parve che l' argomento, quantunque in vero non il più acconcio ad occasione di Nozze, pure non disconvenisse interamente dedicato a Voi delle cose patrie studiosissimo, a Voi, da cui Vicenza attende impaziente la sua Storia, ben a ragione invogliatane da que' pochi stupendi Frammenti *che ne avete già pubblicato.*

Alla lettera del Leoniceno, *che ho creduto bene di non tradurre in Lingua Italiana per non toglierle il merito principale, che consiste nella bellissima latinità con cui è scritta, ho aggiunto alcuni cenni biografici, pe' quali mi fu cortese di non poche notizie il Marchese* Vincenzo Gonzati *benemerito raccoglitore di tutto ciò che appartiene alla nostra patria.*

Che se Voi accoglierete questo mio libretto con quella bontà che mi avete sempre dimostrata, avrò anche in ciò una nuova prova di quella amicizia che tanto mi è cara, e che vi prego di continuarmi, sicuro d'esserne pienamente corrisposto.

Di Vicenza il 25. Aprile 1843.

R. PETRO FOSCARI

PROTONOTARIO ET PRIMICERIO SANCTI MARCI (1)

OMNIBONUS LEONICENUS

DE VINCENTIA

S. P. D. (2)

Quærebam, R. P., quid ad te potissimum scriberem, ut dominationem tuam saltem per litteras alloquerer, quando coram per occupationes minime licet, id quod post longum adeo intervallum magnopere cupiebam: cum interim oblata est occasio, non jucunda quidem, sed honesta, sed pia, sed necessaria, ut Patriæ salutem ac fortunas omnes Paternitatis tuæ fidei mandarem ac committerem. In quo nihil magis vereor, quam ne hominum nostrorum miserias declarare possim, quæ tot tantæque sunt, ut Vos non dicam, qui cæteros benignitate præstatis, sed omnes movere debeant, in quibus vestigium aliquod humanitatis appareat. Sed hoc tamen spe meliore sum et animo, quod mihi nec laborandum quidem esse arbitror, cum cogito pro quibus, apud quos Viros agendum sit: pro Vin-

centinis qui, vobis judicibus, perpetua erga Rempublicam vestram fide et officio nullis Imperii vestri civitatibus aut populis cedunt: apud ejusmodi Senatum, Senatusque Principem, cujus opem nemo unquam frustra imploravit, intercedente magnifico viro Genitore tuo, qui quantum dignitate præstat, tantum et auctoritate valet.

Nam hoc mihi dabitis, vos ut exorem in hac civium vestrorum miseranda fortuna, qui cum omnes pro ingenii facilitate benigni semper admiseritis, me certe non repudiabitis, quem vobis singulari quadam benevolentia complectendum esse censuistis, nec si in amicorum negotiis rogati non defuistis, in Patriæ perditis prope rebus obtestanti non adesse poteritis. Quare si filium pater, si clientem patronus, si pium benignus exaudit; nil est quod dubitem, quin et ego a Vobis, Vos ab illustri Principe, sanctoque Senatu facile impetretis, qui ad id natus est ut miserorum calamitatibus succurrat. Nam si æqua tantum postularem, confidendum tamen esset ea nos a talibus Viris consecuturos: cum vero extremæ necessitatis mala deprecemur, desperandum non est, quin labores nostros pro vestra consuetudine continuo levetis.

Ad te igitur, R. P., confugio pro Patria supplex, agas cum Genitore optimo ut causam

nostram suscipiat, quam licet miserrimam esse cognoscat. Diu est, observandissime Pater, ex quo Vincentia peculiaris civitas vestra in miseriis versatur. Nam quo tempore Vincentinus ager in hostium potestatem devenit, afflictæ jam tum res nostræ fuerunt; cum illi passim qua quemque impetus ferebat, longe lateque vagati ingentem undique hominum pecorumque prædam abegerunt. Major ea clades fuit quam credi possit: siquidem sua vendere, ut se redimerent, aut pecuniam in fœnus accipere cogebantur.

Dura prorsus conditio, qui hostium vinculis soluti, alieni æris validioribus nervis obstringebantur; et Scylla, ut ajunt, exire cupientes in Charybdin incidebant. Nam dum servitutis tempestatem fugerent, fœnoris voragine excipiebantur, ubi semel obruti miseri homines nunquam postea emergere potuerunt. Nam et frugum omnis generis inopia subsecuta, quod bellum fieri amat. Nec mirum, captis agrestibus, et bobus pariter abactis, vastus ager et incultus. Quin etiam æris intemperies calamitatem fecit, et fructus omnes aliquando perdidit, ut extrema fames Urbem quoque tenuerit. Cujus necessitate compulsi quicquid reliquum erat, partim distrahendo, partim oppignerando consumpsimus. Nam totum triennium frumento

aliti sumus adventitio, quod omne Venetiis coemptum est: ut æs alienum, quod satis constat, fecerimus aureorum plusquam octuagies millia. Hanc pecuniæ summam, aliquot ante annos exponente Legato nostro, admiratus est Senatus, ut quæ modum omnem excedere videbatur; nec prius credere potuit, quam ex Publicanorum scriptura veram esse cognosceret. Jam si nihil aliud dixero, hinc satis percipi potest, ad id nos esse redactos, ut nisi vos subveneritis salvi esse nequeamus.

Nam vigesimus agitur annus cum interim superiorum temporum detrimenta patimur, et cum obæratis hominibus agrorum fructus omnis perit, dum satisdatio nunquam fit, impendiis semper aliis super alia emergentibus. Itaque nobis siquidem pauca ex multis relicta sunt; agricolis vero nil præter corpus et animam non ut ii nobis proventus ex agris annuos reddant, sed eos ultro ipsi opibus nostris sustentemus. Nec tamen hæc cum ita sint verbum adhuc ullum fecimus; sed ea pudor noster nobis imperavit æquo animo ferre.

Nunc vero cum possessionum nostrarum usu tamdiu carcamus, et jam necessaria ægre nobis sufficere possimus; fidem vestram implorare cogimur, ut onera nostra, quæ dudum

intolerabilia facta sunt, leviora esse jubeatis: cum hoc idem nulla desiderarit civitatum vestrarum, cui benignitate pro vestra non facile annueritis.

Hic Vincentia vestra non dicit quid fœdere sibi, quid privilegio debeatur. Tacet si quando benemerita est de imperio vestro; cum in altero officium suum cogitet, in altero æquitatem vestram consideret. Nec gloriatur quod sine Matris dolore suscepta fuerit, quod uno deinceps tenore integra et intemerata permanserit: tantum orat ærumnarum modum statuatis, quibus tot annis premitur.

O si possem nunc oculis vestris subhastationes, modo auctiones subjicere, quæ quotidie fiunt! Moverent profecto Vos, quæ duras etiam et ferreas mentes frangere possent. Quid vasa? quid utensilia dicam? quid reliquam supellectilem, quibus miseri jampridem spoliati sunt? Vix singulis vestimentis jam corpus tegitur. Nam pulvinar in vicis nostris nominari religiosum est. Fœtæ quoque mulieres paleis ipsæ se fovent cum parvulis suis. At quo pane vescantur ex ipso cultu percipi potest. Latericium mihi quoddam visus est frustum scabrumve tophum mandere puer, ut mihi lacrymas ubertim excusserit; et tamen bene secum agi putant si vel hoc pane famem explere possint.

Ubi nunc Vincentini agri prædicata fertilitas, quæ finitimis etiam consuevit alimenta sufficere? Mendicus jampridem factus est: in squalore versatur. Sed ab agris in Urbem malum hoc continuo serpsit. Præter admodum paucos cæteri foris dissimulant quod intus patiuntur: quamquam extrema necessitas confessionem exprimit inopiæ. Commemorare possem honestas civitatis nostræ familias præ rubore dies aliquot inediam tolerasse, parvulos fame prope enectos obambulasse domos panem misericorditer quæritantes; nisi me rei deterreret indignitas, ut hæc præ dolore non possim prosequi longe, nec si possim, justitia et æquitas vestra requireret.

Nam quod sapientissimi Viri de Republica præcipiunt: debere, ut gubernatori cursum secundum, medico salutem, imperatori victoriam, sic Reipublicæ moderatoribus beatam civium suorum vitam propositam esse: id vos re ipsa præstitisse comprobamini. Omnes consentiunt unum in terris esse Venetorum Senatum, cui civitates ultro pareant, quem populi sanctissime colant et observent.

Et in hoc quidem Vincentini cives ita se perpetuo gesserunt, ut imperio vestro nunquam non probatissimi fuerint, quos ipsi pro vestra in nos benevolentia, nostra item erga vos ob-

servantia, dictitare soletis Vincentinos Sancti Marci vere filios esse: ut dubitari non possit quin ea nobis conditio detur quæ cæteris, et quod aliarum civitatum populi obtinuerunt, probi quidem, et ipsi hac temporum calamitate miserandi, hoc item nos in pari et causa et fortuna impetremus, auctore potissimum Genitore tuo magnifico et spectatissimo viro, qui ut est humanissimus omnium, causam nostram cum sponte suscipiet, tum vero te filio interprete, qui quantum apud alios auctorictate vales, tantum et eo amplius apud ejusmodi Genitorem gratia.

Adsunt civitatis nostræ legati ex omnibus primariis delecti viris Dominus Franciscus Portus (3) dignitate, gravitate, modestia primus, dominus Matthæus Bissarius (4) eloquentia, prudentia integritate præcipuus, qui cum opera tua uti voluerint conveniendo Patre, adeundo Senatu, sic eos benigne obsecro excipias, ut intelligant meas litteras maximo sibi adjumento fuisse. Nam si hoc mihi præstiteris, ut magnificus Genitor tuus Vincentinos in clientelam accipiat, vides, Pater optime, vides, inquam, idipsum mihi quam magnum quamque honorificum futurum sit. Etenim concives mei tantum se mihi debere existimabunt, quanti beneficium tuum facient. Tanti autem facient, ut res suas

omnes quicquid in agris est, quicquid in urbe, quicquid domi, quicquid foris habent, ipsam denique salutem et incolumitatem per te sibi restitutam esse fateantur. Vale.



Annotazioni

(1) Pietro Foscari, figlio del Procurator Marco, fu nipote al celebre e sventurato Francesco Foscari Doge di Venezia. Primicerio di S. Marco fino dal 1452, fu nel 1455 nominato Vescovo di Treviso. Da Sisto IV venne nel 1477 creato Cardinale del Titolo di S. Nicolò, e poco dopo, cioè nel 1481, eletto Vescovo di Padova, qual successore a Jacopo Zeno. Di ritorno da Roma, ove era stato al Conclave per l'elezione d'Innocenzo VIII, ammalò di peste, e morì in Civitavecchia il 22 Agosto 1485. Le ossa di lui furono trasportate a Roma, e sepolte nella Chiesa del suo titolare. Vedi l'Istoria Ecclesiastica Padovana di Monsignor Francesco Scipione Dondi Orologio Vescovo di Padova, Disertazione Nona, pag. 64.

(2) Ognibene Leoniceno fu uno de' più celebri letterati del Secolo XV. Ebbe a padre Arrigo de' Bonisoli, e nacque in Lonigo, grossa terra del Vicentino, da cui prese il soprannome. Applicatosi allo studio delle belle lettere vi riuscì per modo, sotto la disciplina di Giovanni Ravennate, di Vittorino da Feltre, e di Emmanuele Grisolora, che fino dal 1436, trovasi distinto col grado di Maestro e professore di Eloquenza. Fu però soltanto nel 1443, che incominciò a tener pubblica Scuola in Vicenza, nella quale fu sostituito a Bartolommeo de' Burfoni cremonese. Per l'alta stima in cui era salito di uomo dottissimo nelle lettere greche e latine crebbe sì fattamente il numero de' suoi di-

scepoli, che nessuna stanza essendo più capace di con.tenerli, i Notai nel 1456, accordarono al Leoniceno l' ampia loro Sala, affinchè potessero intervenire alla sua Scuola tutti coloro che, tratti dalla celebrità di lui, venivano da tutta Italia, e perfino dalla Grecia, per udire le sue lezioni. Dalla Scuola del Leoniceno, da lui sostenuta per cinquant' anni con tanta gloria, uscirono uomini segnalati in lettere, e scrittori di molta fama. Tra questi fu il celebre Bartolommeo Pagello, che in una orazione latina da lui recitata alla Città di Vicenza dopo la morte del Leoniceno, avvenuta nel 1493, compiange il danno della Patria per la perdita di sì illustre professore, rammenta come la gioventù Vicentina desiderosa d' istruzione, e dimentica perciò de' piaceri proprj dell' età, accorresse in folla alla Scuola di Ognibene, e come i principi stessi, e gli uomini più dotti di que' tempi venissero a lui da ogni parte pel desiderio di conoscere di persona un uomo fra' più distinti e famosi della sua età. A tanta dottrina seppe il Leoniceno congiungere l' integrità e l' innocenza del costume, un' indole mansueta e piacevole, per cui fu specchio e modello d' ogni più cara virtù. Delle moltissime opere edite ed inedite del Leoniceno tesse un lungo Catalogo il Padre Calvi nella sua Biblioteca degli Scrittori Vicentini, Volume II. pag. 135. ed il Tiraboschi ne parla pure nella sua Storia della letteratura Italiana, Volume 6. pag. 986.

(3) Di Francesco Porto non abbiamo di certo se non che nel 1452 fu creato Cavaliere dall' Imperatore Federico III. — Barbarano, Storia Ecclesiastica di Vicenza, Libro IV. pag. 238.

(4) Matteo Bissaro, uno de' più illustri ed eccellenti

uomini che a' suoi tempi abbia avuto Vicenza, fu nel 1425 con Antonio Losco eletto dal Consiglio a riformarne lo Statuto. Mandato nel 1458 dalla Città di Vicenza Ambasciatore a Venezia, per congratularsi con Malipiero della sua elezione al Dogato, recitò in tale incontro una elegantissima Orazione latina. Il Marzari, il Pagliarini, il Barbarano, e tutti gli altri Storici Vicentini si accordano nel proclamarlo: *poeta singolarissimo, giureconsulto celeberrimo, insigne oratore, uomo per dottrina ed eloquenza prestantissimo, ed ornamento di Vicenza sua patria* — Vedi il Padre Calvi, Biblioteca degli Scrittori Vicentini, Volume II. pag. 103.

